

**WYJAŚNIENIA ŚW. KONGREGACJI OBRZĘDÓW W SPRAWIE  
W. TYGODNIA**

W związku z napływającymi z całej Polski pytaniami, Przeor OO. Benedyktynów w Tyńcu zwrócił się do Św. Kongregacji Obrzędów z prośbą o wyjaśnienie wątpliwości powstałych przy wprowadzeniu w życie wznowionych obrzędów W. Tygodnia, „ad usum multorum sacerdotum, qui ab Archiabbatia exquirere solent consilia ad rem liturgicam spectantia“. Św. Kongregacja Obrzędów odpowiedziała reskryptem N. O. 101—956 z 23. VII. 1956, następująco:

**A. QUOD ATTINET DOMINICAM II PASSIONIS SEU IN PALMIS:**

I. An praescriptum Memorialis Rituum secundum quod summatim crucis processionalis alligandus est ramus benedictus, obliget in univrsali Ecclesia, an potius silentio Ordinis HSI sublatum sit?

*Resp.* Praescriptum Memorialis Rituum sublatum est.

II. In Ordine HSI pro Feria VI in Passione et morte Domini adest praescriptum, ut pro cantu Evangelii Passionis ponantur „in plano presbyterii legilia nuda cum libris“, dum in rubricis Dominicae II Passionis nihil dicitur de libris praeparandis neque afferendis. Queritur:

Utrum Diaconi Evangelium Passionis in praedicta Dominica cantaturi debeant portare libros in manibus jam egredientes e sacristia, an libri praeparandi sint in legilibus sicut pro Feria VI in Passione et morte Domni praescribitur?

*Resp.* Libri ad cantum historiae Passionis possunt vel ad Diacono afferri, vel in legilibus praeparari.

**B. QUOD ATTINET OFFICIUM DIVINUM IN TRIDUO SACRO:**

III. An praescriptum Breviarii Romani de fragore et strepitu aliquantulo in fine Laudum faciendo sublatum sit, quod quidem ex silentio Ordinis HSI nonnulli auctores opinantur?

*Resp.* Affirmative.

IV. An Feria V in Cena Domini et Feria VI in Passione et morte Domini in ecclesiis religiosorum separari possit Completorium ab actione liturgica principali, ut recitetur, sicut moris est, post cenulam serotinam tamquam preces vespertinae?

*Resp.* Affirmative.

**C. QUOD ATTINET ACTIONEM LITURGICAM FERIAE VI  
IN PASSIONE ET MORTE DOMINI:**

V. An in ecclesiis, ubi actioni liturgicae interest ingens fidelium multitudo, pro adoratione exponi possint plures cruces,

eodem utique ritu atque crux principalis, i. e. in assistentia Acolythorum?

*Resp.* Affirmative.

VI. Rubrica nr. 29 pro Feria VI in Passione et morte Domini haec habet: „Tum discooperit pyxidem, e facta genuflexione, accipit sacram particulam manu dextra et, profunde inclinatus, et pectus percutiens, ter dicit, more solito; Domine, non sum dignus etc.“. Queritur: An praescriptum hoc intellegendum sit eo modo, quem rubricae Missalis, etiam in ordine HSI repetitae, insinuant, scilicet: Sacerdos parum inclinatus accipit sacram particulam manu dextra, aptat inter pollicem et indicem sinistrae manus, et tenens eam super corporale, dextra manu tribus vicibus percutiens pectus, ter dicit, more solito: Domine, non sum dignus etc.?

*Resp.* Rubrica intellegenda est iuxta Rubricam Missalis Romani\*).

#### D) QUOD ATTINET VIGILIAM PASCHALEM:

VII. Secundum Ordinem HSI cereus paschalis non solum laudatur, sed vere a Sacerdote benedicitur. Queritur.

Utrum quotannis novus ex integro adhibendus sit cereus, an maneat in vigore Decretum nr. 3895 (ad 1), quo olim concessus est usus ejusdem cerei per multos annos.

*Resp.* Negative ad primum, Affirmative ad secundum.

VIII. Si affirmative ad secundum, nun admitti possit praxis quaedam incidenci crucem, litteras et numeros in parte recenter addita, grana vero incensi in parte inferiore eaque vetere infingendi?

*Resp.* Grana incensi inserenda sunt ad extremitates crucis in cereo paschali signatae.

IX. An Celebrans, qui durante Vigilia Paschali conferens Baptismum mutavit pluviale violaceum in album, possit retinere idem pluviale album in processione ad fontem, ne brevissimi temporis intervallo jam tertia vice debeat mutare pluviale ad renovandas promissiones Baptismi?

X. Neque in processione ad ignem benedicendum neque in processione ad fontem ab Acolythis candelabra cum cereis portantur, similiter ad evangelium missae „non portantur luminaria“. Quaeritur: Utrum Acolythis procedentes e sacristia ad mis-

---

\*) Wcielając O. H. S. I. do mszału, Święta Kongregacja Obrzędów zmieniła tekst rubryki nr 29 następująco:

„Tum discooperit pyxidem, et facta genuflexione, accipit sacram particulam, et, tenens illam supra pyxidem, inclinatus et pectus percutiens, ter dicit, more solito“.

*Resp.* Affirmative.

sam solemnem Vigiliae Paschalis portare debeant candelabra cum cereis accensis, an habita ratione cerei paschalis, qui medium totius actionis occupat, durante tota Vigiliae Paschali, Acolythi sine candelabris debent assistere?

*Resp.* Nihil innovatum, servatur consuetudo.

E. QUOD ATTINET RECTAM INTERPRETATIONEM LITT. ENC.  
„MUSICAE SACRAE DISCIPLINA“

XII. In Litteris Encyclicis MUSICAE SACRAE DISCIPLINA de usu canticorum popularium in lingua vernacula haec prostant: „...ubi saecularis vel immemorabilis consuetudo fert, ut in solemnem sacrificio eucharistico, post sacra verba liturgica latine cantata, nonnulla popularia vulgaris sermonis cantica inserantur, Locorum Ordinarii id fieri sinere poterunt, si pro locorum ac personarum adiunctis existime eam (consuetudinem) prudenter submoveri non posse“ (AAS 48 (1956) 16).

Alio in loco earum Litterarum leguntur verba haec“ (cantus religiosi lingua vulgari concepti) in sacris non sollempniter celebratis mirum in modum iuvare possunt, ut Christifideles... sacram actionem mente et voce comitantes suam pietatem cum sacerdotis precibus coniungant, dummodo cantus illi singulis Sacrificii partibus recte aptentur“ (ibidem pag. 20). Porro rubricae Ordinis HSI distinctionem inter missam solemnem et cantatam continent. Quaeritur ergo, an verba Litterarum Encyclicarum „missa sollempniter celebrata“ designent missam celebratam in assistentia diaconi et subdiaconi necnon conventualem, verba autem „missa non sollempniter celebrata“ designent omnes alias missas cantatas vel lectas?

*Resp.* Detur responsum iam simili dubio Archidioecesi Parisiensi prolatum.

Reskrypt podpisali:

C. Card. Cicognani  
S. R. C. Praef

A. Carinci Archiep. Seleucien  
S. R. C. a secretis

ODPOWIEDŹ DANA DIECEZJI PARYSKIEJ.  
PARISIEN.

Em. mus ac Rev. mus Dominus Mauritius Cardinalis Feltin, Archiepiscopus Parisien, vota depromens Magistrorum qui in Instituto Gregoriano, Instituto Catholico Parisiensi adnexo, cantum moderant, sequentia dubia circa interpretationem quorundam lo-

corum Litterarum Encyclicarum ((Musicae sacrae disciplina“ Sacrae Rituum Congregationi humiliter subiecit, nempe:

1. An verba circa prohibitionem linguae vulgaris adhibita in dictis Litteris Encyclicis intelligenda sint de Missa solemniter dicta, idest de omnibus generibus Missarum quae a Celebrante, cum vel sine sacris Ministris cantantur;

2. Utrum verba circa permissionem linguae vulgaris adhibita in iisdem Litteris Encyclicis de quadam alia Missa intelligenda sint, quam de illa sola quae a Celebrante sine cantu legitur.

Et sacra eadem Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, respondendum censuit.

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Atque ita rescripsit et declaravit, die 1 Junii 1956.

(ss.) C. Card. Cicognani, S. R. C. Praef.

(ss.) A. Carinci, Archiep. Seleucien

## MOTU PROPRIO

### indulty uzupełniające Konstytucję Apostolską „Christus Dominus“

## PAPIEŻ PIUS XII

Celem ułatwienia wiernym częstszego przyjmowania Komunii św., jak również łatwiejszego wypełnienia obowiązku uczestniczenia we Mszy św., w dni świąteczne, na początku 1953 roku, ogłosiliśmy Konstytucję Apostolską *Christus Dominus*, mocą której złagodiliśmy przepisy postu eucharystycznego; zaś Ordynariuszom miejsca udzieliliśmy władzy zezwalania na odprawianie Mszy św., i przyjmowanie Komunii św., w godzinach popołudniowych, pod pewnymi warunkami.

Zas zaś zachowania postu przed Mszą lub Komunią św., która będzie odprawiana, czy przyjmowana w godzinach popołudniowych skróciliśmy do trzech godzin jeżeli chodzi o pokarmy stałe, a do jednej godziny co do napojów niealkoholowych.

Biskupi wzruszeni obfitymi owocami płynącymi z tego zezwolenia składali Nam liczne podziękowania, a wielu z nich zwracało się w nieustannych i ponawianych prośbach o nadanie im władzy do udzielania pozwolenia na odprawianie codziennej Mszy w godzinach popołudniowych. Prosili ponadto, abyśmy określili czas zachowywania postu przed Mszą św. i Komunią, która będzie odprawiana lub przyjmowana w godzinach przedpołudniowych.